



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Aliæ quibus Deus oratur, vt preces nostras exaudiat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

contra me: ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Libera me à persequentibus me: quoniam confortati sunt super me. *Psalm. 146.*

Eripe me de inimicis meis: Domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. *Psalm. 142.*

Emitte manum tuam de alto: eripe me & libera me de aquis multis: & de manu filiorum alienorum. *Psalm. 143.*

*Ad Deum orandum: ut orationes exaudiat.*

Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum. *Psalm. 5.*

Intende voci orationis meae: Rex meus & Deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine: mané exaudies vocem meam.

Exaudi Domine iustitiam meam: Intende deprecationem meam. *Psalm. 16.*

Auribus percipe orationem meam: non in labijs dolosis.

Ego clamavi quoniam exaudisti me.



330 HORTVS ORAT.  
me Deus: inclina aurem tuam, &  
exaudi verba mea.

*Psalm. 26.* Exaudi Domine vocem meam  
qua clamaui ad te: miserere mei, &  
exaudi me.

*Psalm. 27.* Ad te Domine clamabo, Deus  
meus ne fileas à me: nequando tace-  
as à me: & assimilabor descenden-  
tibus in lacum.

Exaudi Domine vocem deprecationis  
meae dum oro ad te: dum extollo  
manus meas ad templum sanctum  
tuum.

*Psalm. 30.* Inclina ad me aurem tuam: ac-  
celera vt eruas me.

*Psalm. 37.* Quoniam in te Domine speraui:  
tu exaudies me Domine Deus me-  
us.

*Psalm. 38.* Exaudi orationem meam Domi-  
ne, & deprecationem meam: auribus  
percipe lachrymas meas.

Ne fileas: quoniam advena ego  
sum apud te: & peregrinus, sicut  
omnes Patres mei.

*Psalm. 53.* Deus exaudi orationem meam:  
auribus percipe verba oris mei.

Exau-



Exaudi Deus orationem meam: *Psalms. 54.*  
& ne despexeris deprecationem  
meam: intende mihi, & exaudi  
me.

Domine Deus virtutum quous- *Psalms. 79.*  
que irasceris super orationem ser-  
uitui?

Domine Deus virtutum exaudi *Psalms. 83.*  
orationem meam: auribus percipe  
Deus Iacob.

Inclina Domine aurem tuam, & *Psalms. 85.*  
exaudi me: quoniam inops, & pau-  
per sum ego.

Auribus percipe Domine orati-  
onem meam: & intende voci depre-  
cationis meae.

In die tribulationis meae clama-  
ui ad te: quoniam exaudisti me.

Domine Deus salutis meae: in die *Psalms. 87.*  
clamaui & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio  
mea: inclina aurem tuam ad pre-  
cem meam.

Et ego ad te Domine clama-  
ui: & manet oratio mea praevieniet  
te.

Vt



Vt quid Domine repellis orationem meam? & auertis faciem tuam à me?

*Psalm. 101.*

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.

*Psalm. 118.*

Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine, iustificationes tuas requiram.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine, & secundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

*Psalm. 119.*

De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Piant



PARS SECUNDA. 335

Fiant aures tuæ intendentes: in  
vocem deprecationis meæ.

In quacunque die inuocauero te  
exaudi me, multiplicabis in anima  
mea virtutem.

Domine clamaui ad te, exaudi *Psalm. 137.*  
me: intende voci meæ cum clama-  
uero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut in- *Psalm. 142.*  
censum in conspectu tuo: eleuatio  
manuum mearum, sacrificium  
vespertinum.

Clamaui ad te Domine: dixi, tu  
es spes mea: portio mea in terra vi-  
uentium.

Intēde ad deprecationem meam: *Psalm. 145.*  
quia humiliatus sum nimis.

Domine exaudi orationem me-  
um, auribus percipe obsecratio-  
nem meam: in veritate tua, exaudi *Psalm. 142.*  
me in tua iustitia.

Velociter exaudi me Domine:  
defecit spiritus meus.

*Ad rogandum Deum vt nos in viam  
rectam ipsi bene famulandi  
deducat.*

Domini-